Quelle: https://manuscripta.at/?ID=409
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



toto orbe diffusa id potius credat quod
scripture diuine dicit. non quod lingue hu
mane maledicit. De ipsa vero dissensio
ne que inter homines orta est qui quales li
bere fuerint non utique preiudicant promis
sis dei qui dixit ad abraham in semine
tuo benedicentur omnes gentes. quod cre
ditum est cum audiret predictum. et negat
cum uidetur impletum. Hoc tamen interim
breuissimum et non fallor in uictissimum
cogitent. aut acta esse ista causa in ec
clastico transmarino iudicio aut non esse
acta. Si acta ibi non est innocens est xpc.
s. societas per omnes transmarinas gentes
cuius societatis nos communione gau
demus. et ideo ab eis innocentibus utique sa
cri lega direptione separantur. Si uero ac
ta ibi est ista causa. quis non intelligat.
quis non sentiat quis non uideat eos in ea
uictos quorum in communio separata est. Et li
gant quod utrum maluit credere quod pronun
ciauerunt ecclastici cognitores. an quod
murmurant uictilicigatores. Adu
sus ista conplexione dictu breuissi
ma intellectu facillima adtendite
diligenter pro uera prudentia. quam nichil
sobrium responderi possit. et tamen malus
polemo magis ebrietate inueterati
erroris uerit. Date ueniam pluriori
fortassis epistole quam iocundiori. uerum
tamen ut arbitror utiliori quam blandi
ori. domini honorabiles et merito suscis
cipiendi carissimi ac desiderantissimi
fratres. De aduentu autem ad uos nostro utique
desiderium deus impleat. Quanto enim ca
ritatis ardore accendamur ad uisendos
uos uerbis explicare non possumus. sed uos
benigne credere minime dubitamus.

Item epistola eiusdem ad Memo
rium epm

Domino beatissimo et
uenerabiliter kmo. et sincissime
desiderantissimo fratri et coepo memorio.
augustinus in domino salutem. Nullas debui iam
reddere litteras sancte caritati tue sine his
libris quos a me sancti amoris iure uigi
lantissimo flagitasti. ut hac saltem obe
dientia respondem epistolis tuis quibus
me magis honorare quam onerare
dignatus es. quam quam ui succumbo quia
onerose ibi etiam quia diligere sublevere.
Neque enim a quolibet diligere sublevere
eligor. sed ab eo uiro et domini sacerdote
quem sic acceptum deo sentio ut cum ani
ma tua bona leuas ad dominum quo mul
la me habes leues et me. Debui igitur nunc
libros mittere quos emendaturum me esse
promiseram. et ideo non misi quia non emenda
ui. non quia nolui sed quia non potui. curis ui
delicet multis et multum prevalentibus oc
cupatus. Nimis autem ingratum ac ferreum
fuit. ut ad te qui nos sic amas hic sanctus
frater et collega noster possidius. in quo nostra
non paruam presentiam repies tamen discederet.
tamen sine nostris litteris discederet. Est enim per
nostrum ministerium non litteris illis quas
uarias serui libidinum liberales uocant.
sed dominico pane nutritus quantum ei potuit
per nostras angustias dispensari. Quod enim
aliud dicendum est eis qui cum sint, et in
pii liberaliter sibi uident eruditi. non quod in
litteris uere liberalibus legimus. si uos filius
liberauerit tunc uere liberi eritis. Per eum namque
prestatur ut ipse etiam que liberales discipli
ne ab eis qui in libertate uocati non sunt
appellantur. quod in se habeant liberale
noscatur. Neque enim habent congruum liberta
ti. non quod habent congruum ueritati. Vnde